79

# Communicatio iuris insolidu

Nobilibus Stano Drozdowski et Agneti Zoltowska coniugibus, super Aduocam in villa Zarnocin Capitus Belzen sit conceditur.

Sigismundus III etc. Scanus etc. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nrorum, apud nos pro Nli Stanislao Drozdowski milite nro factam faciend nobis esse duximus vt ipsi super Aduocam sine Scultetiam in villa Zarnocin, Capneatus Belzensis Aduitalicium, quod etiam a nobis Nobilis Agnes Zoltowska, coniux ips, super eand Aduocam benigne concessum habet, communicaremus, prout communicamus praesen litis nris. Volen vt post hac, non solum ipsa Agnes Zoltowska, verum etiam praefatus Stanislaus Drozdowski, maritus ips, eam Aduocam in villa Zarnocin, cum omnibus laneis, agris, pratis, campis, syluis, attineng et pertinen vniuersis, cum praefata coniuge sua, ambo in solidum iure aduitalicio, teneant, habeant, et possideant, ad extrema vitae suae tempora. Promitten pro nobis et Sermis successoribus nris, non esse nos Sermisq successores nros, praefatos coniuges, quam diu vixerint, vel vno defuncto, alter eorum superuixerit, ab vsu eius Aduocae amoturos, sed saluum ius aduitalicium conseruaturos, quod et Sermi Successores nri facturi sunt. Post mortem vo ipsor Successores eorum non prius de praedicta Aduocia cedere tenebuntur, quam summa ibid inscripta, vel ex Taxa Commissarior nostrorum proueniens, integre eis persoluta fuerit. Iuribus nris Regalibus etc. In cuius Rei fidem etc. Dat Tykocziny Anno etc. Mense etc. sub

Sigismundus Rex

Petrus Leronski

# Communicatio iuris insolidu[m]
Nobilibus Stan[isla]o Drozdowski et Agneti Zoltowska coniugibus, super Aduocam in Villa Zarnocin Cap[itane]tus Belzen[sis] sit conceditur.

Sigismundus III etc. Scamus etc. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum n[ost]rorum, apud nos pro N[obi]li Stanislao Drozdowski milite n[ost]ro factam faciend[um] nobis esse duximus vt ipsi super Aduocam siue Sculteciam in villa Zarnocin, Cap[itanea]tus Belzensis Aduitalicium, quod etiam a nobis Nobilis Agnes Zoltowska, coniux ip[siu]s, super eand[em] Aduocam benigne concessum habet, communicaremus, prout communicamus praesen[tibus] l[ite]ris n[ost]ris. Volen[tes] vt post hac, non solum ipsa Agnes Zoltowska, verum etiam praefatus Stanislaus Drosdowski, maritus ip[siu]s, eam Aduocam in villa Zarnocin, cum omnibus laneis, agris, pratis, campis, syluis, attinen[tiis] et pertinen[tiis] vniuersis, cum praefata coniuge sua, ambo in solidum iure aduitalicio, teneant, habeant, et possideant, ad extrema vitae suae tempora. Promitten[tes] pro nobis et Ser[enissi]mis successoribus n[ost]ris, non esse nos Ser[enissi]mosq[ue] successores n[ost]ros, praefatos coniuges, quam diu vixerint, vel vno defuncto, alter eorum superuixerit, ab vsu eius Aduoca[tiae] amoturos, sed saluum iis aduitalicium conseruaturos. quod et Ser[enissi]mi Successores n[ost]ri facturi sunt. Post mortem v[er]o ipsor[um] Success[o]res eorum non prius de praedicta Aduoca[tia] cedere tenebuntur, quam summa ibid[em] inscripta, vel ex Taxa Commissarior[um] nostrorum proueniens, integre eis persoluta fuerit. Iuribus n[ost]ris Regalibus z[achowanymi]. In cuius Rei fidem Dat[um] Tykocinij Anno D[omi]ni Mense Quo sup[ra]

Sigismundus Rex

Petrus Zeronski